



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 313. Usque Ad Annum 361

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117778

§. 31. Tractatus S. Athanasii de Spiritu Sancto.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66022)

irreprehensibilis, gravitas in externis ap-
parebat, & mores non multum a disci-
plina monastica abludebant. Nomine
generali Pnevmatomachi, id est, Græce,
inimici Spiritus Sancti, vocabantur.

Sæculum IV.
A. C. 360.

§. XXXI.

*Tractatus S. Athanasii de Spiritu
Sancto.*

De hac nova hæresi Serapion ad S. A-
thanasium rescripsit, ponens etiam
præcipua eorum argumenta, & exhor-
tans, ut ad ea responderet. Is Serapion,
Episcopus Thmovitanus fuisse creditur.
Illud erat tempus, quo S. Athanasius, in
deserto latitans, ad mortem perquireba-
tur; at de nova hac hæresi rescivisse,
gravius omnibus aliis afflictionibus fuit,
& quamvis vix scribendi opportunitas
esset, scripsit tamen ad Serapionem Tra-
ctatum satis prolixum, quem in compa-
ratione altissimæ materiæ brevem vocat
Epistolam, aitque tantum ideo se eam mit-
tere, ut Serapioni occasionem præbeat
supplendi, quæ deficiunt. Hos novos
hæreticos vocat Tropicos, quia Scriptu-
ram per Tropos, id est, per figuras ser-
monis explicare volebant. Primo re-
spondet ad omnes textus, quibus se de-
monstrare jactabant, Spiritum S. esse
Creaturam, atque solerter, & docte va-
rios

T. I p. 173.

P. 184.

p. 175.

p. 189.

Sæculum IV. rios sensus, quibus in S. Scriptura vox,
 A. C. 360. Spiritus, accipi debeat, explicat. Tum
 Epiph. hæc. ad solvendas objectiones, quas ex huma-
 74. n. 8. nis ratiocinationibus formabant, progre-
 ditur. Hæretici dicebant: *Si Spiritus
 Sanctus Creatura non est, nec Angelus, si
 procedit a Patre, ergo similiter Filius
 est; & sic Verbum, & ipse duo fratres
 erunt; quomodo ergo Verbum, Filius u-
 nicus dicitur? Et quare primus post Pa-
 trem, & deinde demum Spiritus Sanctus
 nominatur, si æquales sunt? Si autem
 Spiritus Sanctus a Filio procedit, ergo
 Pater, Avus ejus erit?* Ita homunculi
 isti sacrilega curiositate in divinis lude-
 bant.

S. Athanasius respondet primo, si, e-
 jusmodi quæstiones formare, licitum es-
 set, & dum de Divinis loquimur, gene-
 rationis humanæ Ideam sequi, etiam quæ-
 ri posse, quis Patris Pater sit? Et Filii Fi-
 lius, & Nepotum ejus? Cum inter ho-
 mines qui pater est respectu unius, fi-
 lius sit respectu alterius, procedendo in
 infinitum; atque filium nihil aliud esse,
 quam portionem patris. Non ita res se
 habet in Deo, ubi totus Filius totius Pa-
 tris imago est, & semper Filius, sicut Pa-
 ter est semper Pater; nec Pater Filius
 esse potest, nec Filius Pater. Non er-
 go in Divinis licet de fratre, aut de Avo
 loqui, quia S. Scriptura de his nomi-
 nibus

nibus tacet, & nunquam Spiritum S. vo- Sæculum IV.
 cat Filium, sed Spiritum Patris, & Spi- A. C. 360.
 ritum Filii. S. Trinitas una Divinitas
 est, & tota unus Deus, nec nobis licet
 Trinitati creaturam affingere. Hæc Fide-
 libus sufficiant, intellectus humanus ul-
 terius non penetrat, reliqua Cherubini Isai. 6. 2.
 alis suis obvelant.

Ostendit deinde e Sacris Scripturis P. 196.
 Spiritum Sanctum esse Deum; quia ea,
 quæ ipsi attribuuntur, non nisi Deo con-
 venire possunt, qualia sunt, quod sit san-
 ctificans, vivificans, immutabilis, inen-
 sus. Traditioni Ecclesiæ insistit, quæ p. 202.
 semper in Deo Trinitatem credidit, & Tractatus
 docuit; non in nominibus, tantum, sed de Spiritu
 in re, super illa Christi verba fundata: Sancto.
 Baptizate in Nomine Patris, & Filii, & Matt. 28. 19.
 Spiritus Sancti. Si Spiritus S. Creatura
 est, non amplius est Trinitas, sed nume-
 rus dualis, aut Trinitas compositum erit
 monstruosum, & Christiani Creaturam
 cum Creatore adorabunt, cujus rei A-
 riani accusabantur. Igitur S. Athanasius
 in ista argumentatione probat, omnia ea,
 quæ Tropici contra Spiritum S. dicebant,
 etiam ab Arianis contra Filium dici pos-
 se. p. 207. In fine Serapionem rogat, ut scri-
 ptum suum emendet, & rudem dictio-
 nem excuset, asseverans, se nihil dixisse,
 quam quod Traditione Apostolica acce-
 pisset, & nihil præter hæc, quæ didicis-
 set,

Sæculum IV. fet, addidisse, sed juxta SS. Scripturas
A. C. 360. exposuisse.

Tom. 2. p. 10. p. 16. S. Athanasius post hæc eidem Serapioni alias duas scripsit epistolas super eadem materia breviores, unam rogatus ab eo, ut suum tractatum in compendium redigeret, alteram ut iterum hæreticorum objectionibus, ab humana ratione confictis, responderet; in prima ostendit, omnia, quæ de Filio dicta sunt, etiam de Spiritu S. dicta esse, ex quo sequatur, dicendum esse Deum, sicut Filium; in altera monstrat, Spiritum S. non posse dici Filium, nec nobis licere quidquam aliud de Deo affirmare, quam quod ipse de se revelavit. Cæterum eadem primi tractatus quoad substantiam repetuntur argumenta. Ex his epistolis videmus, quanti S. Athanasius Serapionem fecerit, cum eas ipsius censuræ subiciat. Erat quippe vir non solum vitæ sanctitate, sed etiam eloquentiæ, & summi ingenii laude clarissimus, hinc ei nomen Scholastici, id est, Doctissimi datum. Hic etiam S. Antonio in paucis charus erat, nam ante susceptum Episcopatum Monachus, & multorum Monachorum Superior extiterat. Quosdam post obitum reliquit libros, atque inter alios Tractatum contra Manichæos, quem adhuc habemus, & plures epistolas. Alter Serapion in Regione Arsinoensi Presbyter, & Abbas ferme

Hier. script.

Canis. antiq. Lect.

Pall. Laus. c. 67.

me decem Monachorum millia in diver-
 sis Monasteriis regebat; hi tempore æsti-
 vo operam suam metentibus locabant, at-
 que singuli eorum artabas frumenti duas,
 id est, Regionis illius mensuras, sui labo-
 ris mercedem accipiebant, cujus partem
 magnam Abbati suo reddebant, pauperi-
 bus distribuendam. Erant autem istæ
 eleemosinæ tam abundantes, ut in illis fi-
 nibus, nemini frumentum deesset; imo
 oneratæ naves quoque partem illius an-
 nonæ Alexandriam devehebant. (*)

Sæculum IV.
 A. C. 361.

§. XXXII.

Concilium Antiochenum. S. Meletius.

Bellum Persicum Imperatorem Constan-
 tium in Orientem pertraxerat; hie-
 me anno 360. Antiochiæ exacta anno se-
 quenti frequentissimum convocavit Con-
 cilium, ut tam vocem consubstantialis,
 quam, dissimilis in substantia, damnari
 juberet. Ante omnia petierunt Episco-
 pi, ut Ecclesiæ Antiochenæ Pastor dare-
 tur, quocum deinde de rebus fidei deli-
 berarent; nam S. Eustathium fata abstule-
 rant, Eudoxius relicta Antiochia Constan-
 tinopolim transierat, & Arianus, in Con-
 cilio

Amm. Marc.
XX. c. ult.
XXI. c. 6.
Theod. II.
c. 31.

Sozom. IV.
c. 28. Ruf. I.
c. 24.

(*) Ex his iterum Protestantis Interpretis im-
 pudentia confunditur, dicentis, Monachos nec
 Deo, nec hominibus utiles fuisse.